

DE
EMINENTISSIMIS
S. R. E.
SCRIPTORIBVS
CARDINALIBVS

AVCTORE

FRANCISCO MARIA TVRRIGIO

ROMANO.



ROMAE, Excudebat Stephanus Paolinius. MDCXLI.

Superiorum permissu.

SANCTISS.[MO] CARD.

BONAVENTVRAE FIDANTIAE

OLIM EPISC. ALBANENSI.

Franciſcus Maria Turrigius.

INSIGNIS illa quidem auguſto, ſacroque Senatui, maieſtatiſq. pleno dies illuxit, qua Te (BONAVENTVRA FIDANTIA) Gregorius X. Pontifex, omni genere laudis præſtans, omniumq. ſermone celebratus, ijs in Patribus adſcripſit, qui cum Chriſtianæ Reipub. columina, tum Eccleſiæ militantis, Principes iure, ac merito appellantur. Non enim hominem acri, & magno pollentem iudicio latebat, tanta Te ingenij præditum gloria fuiſſe, tanta animum doctrina excoluiſſe, ita Te ſemper litteris, à quibus nullo vnquam tempore nec labor abſtraxit, nec otiũ auocauit, abdidiſſe, vt dignus omnino habereris, quem in illuſtri admodum, celſoq. loco ſplendere terrarum orbis videret. Sciebat doctiſſimos homines atque excellentiſſimos ſtudijs excultos, prudentia florentibus, vitaque candore nitentes, maximo cum ornamento, & quod caput eſt adiumento Eccleſiæ Dei ſemper exiſtere. Et ſane, quæ vrbs, qui locus, quæ regio, vel tam longo terrarum interuallo remota, vel tam longe ab hominum ſocietate diſiuncta eſt, atque diſſita, quo Tuæ Sanctitatis celebritas, Tuæ doctrinæ lumen non peruaſerit? Teſtis Italia, teſtis Germania, teſtis Gallia, teſtis

Hispania, testis denique uniuersus Christianus Orbis, vbi ad tantam tuorum Scriptorum laudem Te peruenisse consta t, vt ab omnibus & maximum amorem, ac venerationem Tibi conciliasti, & admirationem supra quam cuiquam credibile est, peperisti. Quid est igitur, cur quempiam admiratio teneat, si Tuae vitae sanctimoniae, pari doctrina coniunctae, praecipuos praecones inuenisti Sixtos, Quartum alterum, alterum Quintum, aliosq. non paucos supremos Romanae Ecclesiae Moderatores? Sed vt rē paucis complectar, tribui mihi, concediq. velim à Te, vt dum Tibi Opusculum hoc, pro mea erga Te obseruantia nuncupo, sic Tuis precibus, atque ope, vitam in hac aerumnarum colluuione transigam, vt non modo non seiungendus à Beatorum Ciuium coetu (vbi finem viuendi fecero) verum etiam à bonorum omnium largitore Deo, asciscendus censear.

Numerus, & Tituli Cardd. Liber sic inscriptus incerto Auctore.

Octauius Pancirolus in Sacris Thesauris Vrbis.

Paris Grassus, seu de Grassis.
Paulus Cortesius.
Paulus Manutius Epist. 1. & 2.
Petrus de Aliaco Card.
Petrus Cresperius in Summa Catholicæ fidei.
Petrus Damiani Card. epistola ad Cadaolum.
Petrus Frizonius in Gallia purpurata.
Petrus à Monte in Monarchia Conciliorum.
Pius II. lib. 4. Commentariorum.
Pius V. Constitutione 93. in Bullario.
Pompeius Vgonius de Stationibus Vrbis.

Ramundus Ruffus contra Molinaeum.
Robertus Cardinalis Bellarminus tomo 1.
Rodulphus Cupers de Eccl.
Rutilius Benzonius super Magnificat.

Siluester Prierates in Summa.
Sixtus IV. in Const. Cardd. incipiente Non mediocri.
Sixtus V. Constitutione de numero Cardinalium.

Ex Innocentio III. serm. ad Cleros in Conc. Lateranen.

Pennæ deargentatæ sunt illi, qui diuinis eloquijs sunt eruditi, secundum illud: Bloquia casta argentum igne examinatum.

Ex Saluiano Massiliense lib. 2. ad Eccl. Cath.

Quid est Principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine honore? aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto?

Auctorum, vnde hæc ſumpta; Index.

AD

AD LECTOREM.

DE Viris, vel bellica laude florentibus, vel doctrinæ præstantia insignibus, vel optimarum artium excellentia claris, vel deniq. morum probitate conspicuis non paucos scripsisse non ignoramus. Habet Italia, habet Germania, habet Gallia, habet Hispania, Belgium, Polonia, Scotia, habent demum aliæ Prouinciæ suos, quos modo nominare non huius est loci, Scriptores, & eos quidem non contemnendos, quorum in præclaris hominũ ingenijs recensendis diu insudauit industria. Profecto complures egregia ingenij sui monumenta ad posteros (vtpote qui in scribendi exercitatione non mediocriter versati sunt) non sine summæ laudis commendatione, reliquerunt. Equidem ab eorum virorum numero, qui se (quantum in eis situm fuit) ad scribendum contulerunt, multos ex eorum Patribus, qui in amplissimo, atq; omnium maximo in Dei Ecclesia sunt Ordine constituti, quosq; Purpura coruscantes Christianus suspicit Orbis, tamquam Summorum Pontificum Seminarium, non non segregandos arbitror. Quot enim eruditissimis ea dignitate fulgentibus, grauissimisq. studijs affluentibus ingenij gloria, ex ijs, quę ab eorum scriptis laudabiliter profecta sunt, quamplurimis antecellere contigit? Quare tanta celebritate famæ aliqui permoti, temperare sibi non potuerunt, quin eorum laborum titulos in vnum quã diligentissimè redactos in aspectum, lucemq; proferrent, idq; eo potissimum consilio factũ est, vt liquidò pateret omnibus in illud Orbis terrarum sanctissimum, atq; augustissimum Purpuratorum Principum, vel potius Sacrorum Regum Concilium, Senatumque eius fuisse generis à Summis Põtificibus ascitos, ac cooptatos, ex quorum studijs, veluti fontibus ea possent hauriri, quæ ad Christianam Remp. plurimum conducere valerent. Et quidem quãtum roboris, quantum auctoritatis habent ea, quæ Purpuratus quis Pater litteris consignat, vel ad profligatorum hominum quotidianos impetus propellendos, vel ad bene, honesteq. viuendum, mortalium mentes excitandas, vel ad labores honestissimos suscipiendos, ne quis otio contabescat, ne quem veternus occupet sopor? Sed ne alio mea proue hatur oratio, consilij mei rationem paucis aperiam, cum Epitomem hanc Scriptorum Cardinalium (quos honoris gratia nomino) typis committere voluerim. Non eram nescius multos cupiditate flagrare eorum Cardinalium nomina non ignorandi, qui vel de Theologiæ sacris arcanis, vel de philosophandi, recteq. iudicandi ratione, vel de politè, eleganterq; cum scribendi, tum dicendi

quæ

qua striĉtiori, qua laxiori oratione facultate, vel de Historiarum, rerumq. prudenter, fortiterq. gestarum varietate scripserunt. Sciebam alios in tanta rerum ignoratione versari, vt dicerent, præter viginti, ad summũ triginta, nullũ ex ijs extitisse, qui animũ ad scribendum appulerit, nullum fere in omni vita se in grauioribus conscribendi laboribus exercuisse, vt honestissimæ gloriæ stimulis cócitatus aliquid exarauerit, vnde nominis sui cõmemoratio cũ omni posteritate adæquaretur. Nonnullos præterea cognoscebam, in quibus ea insederat opinio, vt existimauerint perpauca fuisse ea, ad quæ perscribenda, ac peruulganda studium, atque ingenium ij celeberrimi Christianæ Reip. Senatores contulerint. Sed longe alia ratio est. Multos enim hic facilè videre est, qui scribendi labore se pænè fregerint, dies, ac noĉtes in multiplici rerum grauissimarum studio versati fuerint, nunquam otiosum spiritum duxerint, atque in hoc vitæ curriculo innumerabiles voluptatum minus laudabilium copias excelso, inuiĉtoque animo fuderint, eo dumtaxat consilio, vt Dei gloria, ac laus celebraretur, vt maximo beneficio res Christiana afficeretur, vt virtus omnium amorem sibi conciliaret, vt in mentes non imperet vitium, vt denique alios ad doĉtrinam toto peĉtore complectendam impellerent. Verum ne longior sim, illud Leĉtorem rogatum volo, vt laborẽ hunc quantulumcũq. æqui boniq. faciat, quod si libellum potius, quam librum nuncupãdum existimet, pro comperto habeat, me, & breuitati, qua nihil hac tempestate iucundius, maxime studuisse, & ea tantum scriptioni mandasse, quæ mihi præsto fuerunt. At accedet, spero, ad modicũ hunc laborem, maior aliquando doĉtiorum virorum industria, atq. ita accedet, vt in ingens volumen (quod sæpe alijs, atque alijs contigisse vidimus) opus excreuerit. Si quid vero hic amplius desideratur (desiderari autem plurima ingenue fateor) illud ex animo nó effluat. *Non omnia omnes posse.* Nec tamen operam omnino mihi lusisse videor. Siquidem quædam litterarum monumenta in tenebris forsan perpetuo iacuissent, nisi typorum lumen accessisset, eorumque obliuio, vt tumulus corpus contexit, sic nomen etiam in omnem ætatem obruisset. Vale Romæ 1641.

DE EMINENTISS. S.R.E. SCRIPTORIBVS CARDINALIBVS.

A

Card. Adam de Efton Anglus, *ab Vrbano VI.*
Scripsit.
Officium Visitationis B. Virginis.
De Communione Idiomatum.
De Potestate Ecclesiæ.
De Electione Pontificis.
Defensorium Ecclesiæ.
De Perfectione vitæ spiritualis.
Modum conferendi beneficia.
Formam procedendi contra hæreticos.
Dialogum Episcopi, & Regis.
De diuersitate translationum.
De Veritate Catholica, Græco sermone.
Meteororum Aristotelis traductionem in linguam Latinam.
Alphabetum Hebræorum.
Textum Hebraicum Biblicum.
Postillam Hebraicam.
Psalterium Hebraicum.
Expositionem Leuitici.
Hebraica Sarraceni.
Hebraica Iarchi Salomonis.
De sua calamitate. *Ex Alphonso Ciaccone, & Nomenclatore.*

Card. Adrianus de Corneto, *lege* Hadrianus.

Card. Aegidius, *siue* Gilo, Epi. Tusculanus, *à Callisto II.*
Epistolas ad Antiochenos. *Ex Ciaccone.*

Card. Aegidius de Viterbio, *à Leone X.*
Annotationes in tria priora capita Geneseos.

De Ecclesiæ incremento.
Commentaria in quosdam Psalmos.
Orationem in principio Concilij Lateranensis.
Dialogorum librum.
Epistolarum librum.
Ode in Aegidij Iouiani Ro. laudes, & alia carmine, & prosa, Latina, & Italica.
Historiam sæculorum.
Librum vnum Sententiarum.
Eclogas sacras.
Dictionarium, vel librum Radicum, & de Litteris sanctis, librum in Thaghin. *Ex Victorello, Zacconio Augustinian. Galatino de Arcants, & Thoma Gratiano.*

Aegidius Bellamera *ab Innocentio VI. Sed Felix Contelorius in Elencho Cardd. à Sacro Collegio eũ segregat.*
Decisiones Rotæ.
Consilia 148. in iure.
De Pluralitate, & permutatione Beneficiorum.
Super Tit. de foro competenti.
Super Paragraphum Contrahentes. *Ex Ciaccone.*

Aegidius Columna Generalis Augustinianorum.
Prætermittitur, quia reuera non fuit Card. At si quis inter Cardinales cooptatum fuisse contendat, hæc scripsisse virum doctissimum pariter & sanctissimum sciat.
De Mundo sex diebus condito.
De Bona fortuna.
De Natura Angelorum.
In Canticum Canticorum.
De Sacramento Altaris.
De Diuina influentia in Beatos.
In Epistolas S. Pauli.
De intentionibus.
In Euangelium S. Ioannis.
Contra Petrum Ioannem de Narbona.
In totum Canonem Bibliorum.
In Boetium de Philosophica consolatione.

De

De Excellentia summi Pontificatus.
De esse, & essentia. De rationibus seminalibus.
Introductionem Christianæ Fidei ad Regem Armeniæ, Bonifatio VIII. iubente.
Super Sententias lib. 4. De defectu malorum culpæ.
Expositionem primæ Decretalis. De Regimine Principum.
Quodlibeta. Compendium Theologicum.
In Officium Missæ. De Arca Noe.
De Intellectu possibili. De Anima.
Laudes Sapientiæ Diuinæ.
De Sapientia Diuina in Beatis. De subiecto Theologiæ.
Quomodo Reges possint, &c. De Corpore Christi.
De mensura Angelorum. De Mortuis. De Carcere.
Distinctionem Articulorum Fidei.
De gradibus formarum.
Gratiarum actionem ad Bonifatium VIII.
De Prædestinatione. Isagogem.
De Generatione, & corruptione. Contra exemptos.
De peccato originali. De formatione humani corporis.
De Potestate Ecclesiastica. De renunciatione Papæ.
De erroribus Philosophiæ. Sermones varios.
Aduersum corruptorem librorum S. Thomæ de Aquino.
De Charactere. Commentaria in libros Aristotelis.
De Materia Cæli contra Auerroem.
De cognitione, & de motu Angelorum.
De medio demonstrationis.
De Paradiso, Purgatorio, & Inferno.
De Resurrectione Mortuorum.
In libros Rhetoricorum. Libellum de Clerico.
Contra Hæreticos. Oration. de Coronatione Philippi Regis.
Ex Bellarm. Trith. Gratiano, & Frizon.

Card. Albericus Episc. Ostiensis *sub Innoc. II.*
Aliqua miracula S. Iacobi de Compostella de anno 1139.
Ex Archiuo S. Petri in Vaticano.

Card. Albericus *à Stephano IX.*
De Virginitate B. Mariæ lib. 1.
De electione Romani Pontificis lib. 1.
Contra Henricum Imperatorem lib. 1.

De Musica Dialogum. De Dialectica.
De diuersis dictaminibus, & salutationibus.
Passiones Sanctorum Modesti, & Cæsarij.
Vitam S. Domnini Abbatis. Epistolas ad diuersos.
Vitam Sanctæ Scholaicæ Manuscriptam.
De Visione sua M.S.
Homiliam de Sancta Scholastica M.S.
Hymnos de Paschate, de Ascensione, de S. Cruce, de die Iudicij, de pœnis inferni, de Assumptione B. Virg. de S. Paulo, de S. Apollinare, de S. Nicolao, de S. Scholastica.
Rhythmos de Gaudio Paradisi, de die mortis, de Monachis, & alia. *Ex Arnoldo Vuion in l. 5. Ligni vitæ.*

Card. Albanus, *vide* Hieronymus.
Cad. Albergatus, *vide* Nicolaus.
Card. Albericus, *ab Alex. II.*
Contra Henricum Imperatorem contumacem.
De electione Summi Pontificis.
Contra Berengarium hæreticum. *Ex Ciaccone.*

Card. Albinus Mediolanensis, *à Lucio III.*
Collectionem Canonum M.S. *Ex Ciacc.*

Card. Aleander, *vide* Hieronymus.
Card. Alexander Estensis, *à Clemente VIII.*
Vitam Magni Almazoris. *Ex Antonio Quarengo in Carmin.*

Card. Alexander Oliua, *à Pio II.*
Sermones centum de Christi ortu.
De Cœna cum Apostolis facta.
De peccato in Spiritum sanctum.
Orationum librum vnum, & alia. *Ex Zacconio in Chron. Thoma Gratiano, & Io. Antonio Campano in Oratione illius obitus.*

Aluarus Pelagius, *à Ioanne XXII.*
At Felix Contelorius è numero Cardinalium expunxit in suo Elencho.
De Planctu Ecclesiæ. *Ex Ciaccone, & Mariano Florentino.*

Card.

Card. Anastasius Bibliothecarius, *sub Nicolao I.*
Vitas multorum Sanctorum Patrum.
Vitam Ioannis Eleemosynarij.
Synodum VII. Vniuersalem.
Vnam Dionysij Hierarchiam.
Historiam Ecclesiasticam.
Collectanea.
Vitas Pontificum. *Ex Io Trithemio, & Iacobo Sirmondo. De eo Carolus Oliuerius, Andreas de Nigraualle, Franciscus Ballerinus, & alij.*

Card. Androinus de la Roche, *ab Innoc VI.*
Sermones diebus festis habitos. *Ex Eisengrenio, & Frizonio.*

Card. Angelus Acciaiolus, *ab Vrbano VI.*
Apologeticum. *Ex Paulo Cortesio lib. 1. de Cardd. qui aliquid scripserunt.*

Card. Angelicus de Grisaco. *ab Vrb. V. fratre germano.*
Antiphonas, & Sacra responsa. *Ex Ciaccone, & Frizonio.*

Card. Antonius Carafa, *à Pio V.*
Notas apologeticas ad vitam Pauli IV. *Ex Victorello.*

Card. Antonius Perenottus, *à Pio IV.*
Orationem in Conc. Triden. habitam. *Ex D. Ferdinando Vghello.*

Card. Antonius Puccius, *à Clemente VII.*
Homilias quatuordecim in verba consecrationis.
Rhythmos plurimos.
Orationem ad Leonem X. in Concilio Lateranensi habitam.
Alia eleganter scripta. *Ex Sixto Senensi, & Vghello.*

Card. Antonius Corarius, *à Gregorio XII.*
Historiam rerum gestarum sui temporis: *Ex Garimberto.*

Card. Antonianus, *vide* Siluius.

S. Card. Anselmus Episc. Lucensis, Confessor Comitissæ Mathildis, *ab Alex. II.*

Collectionem Canonum in duobus libris.
In Psalmos aliquot. In Isaiam.
In Ieremiæ lamentationes.
Defensionem pro Gregorio VII. *Ex Card. Bellarmin. Trithemio, Ciaccone, & ex Petro Canisio.*

Card. Amalaricus, *de quo Arnoldus Vuion, lege &* Hamalaricus.

De Diuinis officijs, siue Officiales.
De Ordine Antiphonarij.
De Mysterijs, siue de Officio Missæ.
De Ecclesiasticis Officijs. De Ordine Cantorij.
Diurnale Officium. *Ex Trith. & Card. Bellarm.*

Card. Armãdus Iacobus du Plessis de Richeliu. *à Gre. XV.*

Defensionem Fidei.
Institutionem Christianam.
Opuscula varia, & Tractatus. *Ex Petro Frizon. in Gallia Purpurata.*

Card. Arnaldus D'Ossat *à Clemente VIII.*

Expositionem in disputationem Iacobi Carpentarij de Methodo.
Additiones ad eandem disputationem.
Epistolas de Medicina.
Epistolas aduersus Carpentarium.
Epistolarum libros, & alia. *Ex Vghello, & Frizonio.*

Card. Arduinus *ab Alex. VI.*

Contra errores Græcorum.
De Deo immortali. *Ex Ciaccone.*

Card. Ardicinus de la Porta, iunior, *ab Innoc. VIII.*

Epistolam ad Innocentium VIII. cur à Curia recesserit. *Ex Ciacc.*

Card. Ascanius Columna *à Sixto V.*

Aduersus Episcopos inobedientes.

Ode

Ode de Fructu Sublaquensis solitudinis:
Orationes, & Epistolas multas. *Ex Nomenclatore.*

Card. Aratus, *siue* Arator, *sub Vigilio Papa, de quo Iacobus Philippus Bergomas, & Sixtus Senensis.*
Acta Apostolorum carmine conscripta. *Ex Card. Bellarmin. & Fabiano Iustiniano in Indice vniuersale.*

Card. Arnaldus de Via, *vel* de Veza, *à Ioanne XXII.*
Opuscula in laudem B. Virginis. *Ex Frizonio, & Clauaio Roberto in Gallia Christiana.*

Card. Augustinus Valerius, *à Gregorio XIII.*
Orationes in funere Lazari Bonamici, Petri Landi, Marci Antonij Triuisani, & Francisci Donati.
Epistolam consolatoriam ad Marcum Antonium Genuam.
Libellum inscriptum, Petrus Franciscus Contarenus Patriarcha.
Somnium, ad Marinum Grimanum.
Contra Barbariem. Itinerarium.
Qua ratione iuuenis Venetus præcipue versari debet.
Qua ratione in Aristotele versandum. Meditationes.
De Moribus. De scribendis epistolis. Præfationes.
Exhortatorium ad Iustinianum Contarenum.
De ratione studiorum. De Tempore. de Loco.
De recta philosophandi ratione. De ambitione.
Epistolam laudatoriam de Osorio. De Commentarijs conficiendis.
Contra Aristotelem de Mundi æternitate.
De animorum immortalitate.
Hortatorium ad Nicolaum Barbadicum.
De Consolatione ad eundem.
De laudibus Iuris Cæsarij, & Pontificij.
De fugiendis honoribus. De Consolatione aliud opus.
Conuiuium noctium Vaticanarum.
De fructu, qui percipi potest à degentibus Romæ.
Consolatorium ad Carolum Borromæum Card.
Diui Basilij de Virginitate Latine redditum opus.
De Consolatione Ecclesiæ. De Disciplina Acolytorum.
Sermones Veronæ habitos. De Legatione.
Vitam Card. Caroli Borromæi, & Card. Naugerij.

De

De Rhetorica Ecclesiastica.
De ausu nefario in Card. Borromæum Episcopum.
Homilias centum iuxta Ritum Ambrosianum.
De Nicosia amissa. De Viduis. De statu Monialium.
De Cardinale, ad Cardinalem Carafam.
De eximia humanitate Clementis VIII. erga Venetam Rempub.
De his, quæ Veronæ acciderunt 1575. tempore pestis.
De statu custodientium Virginitatem.
Memoriale.
Qua ratione munus Baijli pro Venetis obeundum esset Byzantij.
De Vita Religiosa.
Epistolas hortatorias ad Iacobum Foscarenum.
Libellum ad eundem. Cur Constitutiones non ediderit.
Epistolas Pastorales.
Constitutiones ad vsum Dalmatiæ, & Istriæ.
Paræneticam Venetorum Constitutionem.
De Politica prudentia. Historiam Venetam.
Homilias 44. in Passione Domini. De Episcopis Veronensib.
De onere Cardinalatus. Homilias auctas in Christi passione.
Manendum in vocatione.
De occupationibus dignis Diacono Cardinali.
Libros sex de Consolatione Ecclesiæ ad Ascanium Card. Columnã.
De vtilitate capienda in corporis ægritudine.
De cautione adhibenda in libris edendis.
De inuestigandis remedijs tentationum.
Somnium de Conclaui, vbi fuit creatus Vrbanus VII.
De vtilitate capienda ex Conclaui. Somniũ Card. S. Praxedis.
De instructione Alberti Veronæ Coadiutoris.
Somnium in ædibus S. Praxedis. Historiam Iubilei 1600.
De Benedictione Agnorum Dei. Apologia ad Veronenses.
De Consolatione ad Gregorium XIV.
De vltimo sermone Gregorij XIV. De lætitia Christiana.
De obedientia, & reuerentia erga Christi Vicarium.
Soliloquium in Conclaui, vbi fuit creatus Clemens VIII.
Commentarios Visitationis Clementis VIII.
Dialogos 19. dierum Canicularium habitos Romæ in Aula S. Marci.
De Sacri Consistorij consultationibus.
De Senectute recreanda. De Mundi senectute.
Quod semper orare oportet, & in primis pro Pontifice Romano.
De vtilitate ex dono lacrymarum.

De com-

De comparanda,& tuenda bona Principis existimatione.
De occultis Dei beneficijs.
Qua ratione monendi detrahentes Reip. Venetæ.
De cautione à Clericis in disputando adhibenda.
Cauendum ne quid nimis sibi credat.
De cauta imitatione Episcoporum Sanctorum.
De memorabili die 17. Septembris ad Card. Federicum Borromæũ, & consolationem in obitu eius matris.
De charitate Clementis VIII. erga Henricum Galliæ Regem.
An quid addi queat libris Card. Palæotti. *Ex Andrea Victorello ad additiones Ciacconis.*

Card. Augustinus Oregius, *ab Vrb. VIII.*
Opus in quatuor partes diuisum. In quorum primo tractatur de Deo vno. De indiuiduo Sanctiss. Trinitatis mysterio. De Angelis, De opere sex dierum.
In secundo de Beatitudine, de Actibus humanis de vitijs, & peccatis, de Legibus, de Gratia, de Fide, Spe, & Charitate, de Religione, & Ecclesiastica Hierarchia.
In tertio de Incarnatione, de Sacramentis, de Censuris, de Immunitate Ecclesiastica.
In quarto Philosophicum præludium, de Natura, & essentia primæ Philosophiæ, de Corporibus, quæ sunt entia naturalia, de Quantitate continua, de Rebus quæ prædicabiles esse dicuntur.
De Immortalitate animæ. *Ex nota mihi tradita ab eius Nepotibus Nicolao, & Iosepho Oregijs.*

B

Card. Barbus, *vide* Marcus.
Card. Bartholomæus Guidiccionus, *à Paulo III.*
Volumina viginti in vtroque iure.
Opuscula, & Epistolas varias.
De Reformandis Religionibus. *Ex Vghello in Ciaccone, & Petro Ribadeneira in vita S. Ignatij Loiolæ lib. 2. c. 17.*

Card. Baronius, *vide* Cæsar.
Card. Barradus Ayglerius, *à Clem. IV. alias* Bernardus.
Speculum Monachorum.

Expositionem super Regulam Sancti Benedicti.
Registrum Beneficiorum,& Officiorum Monasterij Mōtis Casini.
Registrum Inquisitionum, Iurium,& bonorum in Castris, & Villis Montis Casini. *Ex Vincentio Barallo in Chron. Monasterij Casinensis, & Frizonio.*

Card. Bellaius, *vide* Ioannes.
Card. Bellarminus, *vide* Robertus.
Card. Bembus, *vide* Petrus.
Card. Benedictus de Accoltis, *à Clemente VII.*
De Bello Sacro libros 4.
Carmina,& alia eleganter scripta. *Ex Giraldo de Poetis,& Vghello.*

Card. Benedictus Vbaldus *ab Vrbano VIII.*
Decisiones complures. *Ex Decisionibus impressis.*

Card. Bentiuolus, *vide* Guido.
Card. Berardus Fauentinus *à Ioanne XXII.*
Multa ad Iuris prudentiam spectantia. *Ex Marco Mantua de Viris illustribus.*

Card. Berengarius Fredoli, *à Clemente V.*
De Sententia excommunicationis.
Repertorium Iuris M. S.
Volumen super Summam Ostiensem insigne, *Ex Trith. & Frizon.*

Card. Bernardinus de Lunate, *ab Alex. VI.*
Prognosticum ad Alexandrum VI. *Ex Nomenclatore.*

Card. Bernardinus Caruajal, *ab Alex VI.*
Orationem de Circumcisione Domini.
Orationem in Festo omnium Sanctorum in Sacello Pontificio habitam. *Ex Victorello ad Ciacconem.*
Orationem obedientialem nomine Ferdinandi,& Elisabeth Regg. Hisp. ad Alex. VI. 1493. die 19. Iunij. *Est apud me.*

Card. Bernardinus Maffeius, *à Paulo III.*
Commentarium in Ciceronis Epistolas.

Histo-

Historiā de Inscriptionibus, & Imaginibus antiquorū numismatā
Orationes, & Epistolas multas. *Ex Vghello ad Ciacc.*

Card. Bernardus Vbertus, *à Paschale II.*
Historiam suæ Congregationis Vallis vmbrosæ.
Sermones. *Ex Michaele Pocciantio de Scriptoribus Florentinis.*

Card. Bernardus olim Abbas Casinensis. *ab Vrb IV.*
Multa spectantia ad Antistites Benedictinos. *Ex M. Ant. Scipione.*

Card. Bernardus Tarlatus, *à Leone X.*
Epistolarum volumen.
Calandram, opus Plauto non absimile. *Ex Ciaccone.*

Card. Bernardus Benedictinus. *Floruit ann.* 1144.
De Professione Monachorum.
Expositionem Regulæ S. Benedicti.
Contra Monachos non viuentes iuxta suas Regulas. *Ex Petro Calzolario.*

Card. Bertrandus de Turri, *à Ioanne XXII.*
De Paupertate Christi, & Apostolorum.
Super Sententias. Sermones de Epistolis.
Sermones Euangeliorum. Collectiones.
Sermones de Sanctis. *Ex Io. Trithemio, & Petro Frizonio.*

Card. Bertrandus de Deucio, *à Benedicto XII.*
Vitam, & Passionem Christi, Carmine Saphico. *Ex Frizonio.*

Card. Bertrandus de Chanaco, *vel* Figiaco, *à Greg. XI.*
De Schismate contra sui temporis hæreses. *Ex Ciaccone, & alijs.*

Card. Berullus, *vide* Petrus.
Card. Bessarion, *ab Eugenio IV.*
De Christianorum clade in Chalcide.
De periculis à Turca auertendis, vel de bello contra Turcas suscipiendo. De laudibus Patriæ suæ.
Orationem satis prolixam de Vnione. De Vnitate.

Aliam breuiorem. De eo,quod per se subsistit.
Pro defensione Romanæ Ecclesiæ.
An Natura,& Ars consultò agant.
De Sacramento Eucharistiæ. De verbis Consecrationis.
Libros tres consolatorios ad Imperatorem Græcorum.
Trinitatis explanationem. Epistolas,& Orationes.
De verbis Ioann. 21. Sic eum volo manere.
De Platone. Traductionem è Græco libri de Socratis factis.
Aristotelis Metaphysicam Latine redditam. *Ex Card. Bellarm. de Script. Eccl. Io. Trith. & Ciaccone.*

Card. Boba, *vide* Marcus Antonius.

S. Card. Bonauentura *à Greg. X.*

Principium Sacræ Scripturæ.
Expositionem in Exameron. Expositionem in Psalterium.
In Ecclesiasten, Sapientiam,& Lamentationem Ieremiæ.
Expositionem in cap. *6.* S. Matthæi.
In Euangelium S. Lucæ. Postillam in Euang. S. Ioannis.
Collationes in S. Ioannem. Sermones de tempore,& de Sanctis.
Commentaria in primum,& secundũ librum Magistri Sententiarũ.
De Reductione Artium ad Theologiam.
Breuiloquium, Centiloquium, Pharetram,& Soliloquium.
Dicta salutis,& Declarationem terminorum Theologiæ.
Principium compendiosum in libros Sententiarum.
Quatuor libros Sententiarum carmine digestos.
De septem Donis Spiritus sancti.
De tribus ternarijs peccatorum.
De Resurrectione à peccato ad gratiam.
De Ecclesiastica Hierarchia. De meditatione vitæ D. N. I. C.
Libellum Meditationum. De septem gradibus contéplationis.
De quinque festiuitatibus pueri Iesu.
Officium de Passione Dominica.
De S. Cruce laudationem, & Lignum vitæ.
Speculum de laudibus S. Mariæ.
De Corona B. Mariæ, & de compassione eiusdem.
Philomelam passioni Domini aptatam per 7. horas.
De Septem verbis Domini in Cruce.
Psalterium maius B. Mariæ,& Psalterium minus eiusdem.
In Salutationem Angelicam, & in Salue Regina.

De Institutione vitæ Christianæ.
De Regimine animæ, & Speculum animæ.
De decem præceptis, & de Gradibus virtutum.
Itinerarium mentis in Deum, Stimulum diuini Amoris, & Amatorium. Incendium amoris.
De Triplici statu Religiosorum.
Speculum disciplinæ propter Nouitios.
Viginti passus Nouitiorum. In Regulam Nouitiorum.
De Processu Religionis. De Contemptu sæculi.
De Reformatione mentis.
Alphabetum paruum boni Monachi.
De perfectione vitæ ad Sorores. Declarationē Regulæ Minorū.
Quæstiones circa eandem Regulam. De paupertate Christi.
Quare Fratres Minores prædicent.
Quod Christus, & Apostoli nudis pedibus incedebant.
Apologiam Euangelicæ paupertatis.
Contra calumniatorem Regulæ Franciscanæ.
Apologeticum in eos, qui Ordini Minori aduersantur.
De non frequentandis quæstionibus.
Collectionum libellum ad Fratres.
De reformandis Fratribus. Compendium Theologiæ.
De essentia, inuisibilitate, & immensitate Dei.
De Mystica Theologia. Exercitiorum spiritualium libellum.
Fascicularium. Confessionale. Expositionem Missæ.
Vigintiquinque memorabilia.
De ratione confitendi. De puritate conscientiæ.
De sex alis Cherubim. De sex alis Seraphim.
De præparatione Sacerdotis ad Missam.
Legendam S. Francisci. Ad Blancam Ducissam.
De Sandalijs Apostolorum. *Ex Card. Bellarm. & Io. Trithem.*

Card. Bonauentura Baduarius, *siue* de Perarga, Christi Martyr, *ab Vrb VI*

Breuiloquium. Ternarium conscientiæ. Speculum Mariæ.
In librum 4. Sententiarum. In epist. Canonicam S. Iacobi Ap.
In epist. S. Ioannis. Vitam Christi. Vitas Sanctorum.
Orationem in funere Francisci Petrarchæ.
Sermones de tempore. Sermones de Sanctis.
Sermones ad Clerum. *Ex Zacconio, Trithem. Gratiano, & B. Iordane de Saxonia.*

Card.

Card. Borromæus. *vide* Carolus. *vide* Federicus.
Card. Boso, *ab Hadriano IV.*
Vitam Hadriani IV. *Ex Felice Contelorio de Præfect.*

C

Card. Caetanus, *vide* Thomas.
Card. Cæsar Baronius, *à Clemente VIII.*
Duodecim Tomos Annalium Ecclesiasticorum.
Parænesim ad Rempublicam Venetam.
Notas ad Martyrologiũ Romanũ. Vitam S. Gregorij Nazianz.
Vitam S. Ambrosij Episc. Mediolanensis. *Ex eius vita M. S.*

Card. Cæsarinus, *vide* Iulianus.
Card. Capranica, *vide* Dominicus.
S. Card. Carolus Borromæus, *à Pio IV.*
Conciones quatuor in Synodis Mediolanensibus.
Memoriale ad populum Mediolanensem.
Instructionem fori Archiepiscopalis.
Modum Visitandi Basilicam S. Petri de Vrbe.
Ricordi della Città, & Diocesi di Milano per il viuer Christiano.
Formulas varias, & alia, vt in lectionibus sui officij habetur. *Ex Petro Giussano in vita, & alijs.*

Card. Carolus à Guisa, *à Paulo III.*
Orationes multas perelegantes.
Commentarium de rebus gestis Henrici II. Regis.
Carmina multa. *Ex Frizonio.*

Card. Carolus à Lotharingia. *à Greg. XIII.*
Theses Theologicas.
Disputationem de Ecclesia. *Ex Vghello, & Frizonio.*

Card. Carolus à Nemard, *à Paulo III.*
De Legationibus suis, & alia. *Ex Franc. à Cruce, & Ciabrera.*

Card. Caualerius. *vide* Iacobus.
Card. Christophorus Anglicus, *à Iulio II.*
Opera aliquot scripsisse Vghellus ad Ciacconem testatur.

Card.

Card. Claudius de Longuic, *à Clem. VII.*
Breuiarium, seu Formulam precum horariarum. *Ex Prizonio.*

Card. Clemens Dolera, *à Paulo IV.*
Epitome Catholicarum Institutionum.
De Cælibatu.
De peccatis, & eorum discrimine. *Ex Manutio, & Ciaccone.*

Card. Contarenus, *vide* Gaspar.
Card. Cornelius. *vide* Franciscus.
Card. Corsinus, *vide* Petrus.
Card. Crescentius, *vide* Marcellus. *vide* Petrus Paulus.
Card. de Cusa, *vide* Nicolaus.

D

Card. Deusdedit, *à Gregorio VII.*
Compendium Canonum.
De Beneficiorum collationibus contra Simoniacos. *Ex Baron. ad ann.* 1081. *& Ciaccone.*

Card. Dionysius de Marquemonte, *ab Vrb. VIII.*
Decisiones. *Ex Decisionibus impressis.*

Card. Dominicus de Capranica, *à Martino V.*
Epistolam ad B. Ioannem de Capistrano.
De Bene moriendi ratione.
Orationem de Pace ad Alfonsum Aragonum Regem. *Ex Marineo. Hic Card. à S. Antonin. in Chro. p. 3. tit. 22. §. 3. Vita, & scientia laudabilis valde. & c. 16. Sanctimonia praeclarus nominatur.*

Card. Dominicus Iacobatius, *à Leone X.*
De Concilijs, opus insigne. *Ex Card. Bellarm. de Script. Eccl.*

Card. Dominicus Tuscus, *à Clem. VIII.*
Tomos octo Practicarum Conclusionum Iuris. *Ex auucl. ad Ciac.*

Card. Dominicus Ginnasius, *à Clem. VIII.*
Tomos duos in omnes Psalmos, excusos 1636. Romæ, quos vidi.

Card.

Card. D'Offat, *vide* Arnaldus.
Card. D'Alliaco, *vide* Petrus.

E

Card. Euenus, *vide* Iuo.
Card. Elias, *vide* Helias.

F

Card. Fabricius Verospius, *ab Vrb. VIII.*
Decisiones aliquas. Ex *Decisionibus impressis.*

Card. Ferdinandus Ponzettus, *à Leone X.*
De Sacramentis ad Hadrianum VI. De Venenis libros tres.
De Physica. De Origine animæ.
De Philosophia naturali. *Ex Ciacc. & Victorello.*

Card. Federicus Fregosius, *à Paulo III.*
De modo orandi. Orationes ad Genuenses.
Meditationes in Psalmos 130. & 145.
Epistolas ad diuersos. *Ex Nomenclatore.*

Card. Federicus Borromæus, *à Sixto V.*
De Christianæ mentis iucunditate lib. 3.
De concionante Episcopo lib. 3.
De diuinis laudibus lib. 3. Sacra eloquia, & alia à me visa.

Card. Fortanerius Vasellus, *ab Innocentio VI.*
Officium de Stigmatibus. In Biblia sacra. Sermonum librum.
Commentaria in Sanctum Aurel. Augustinum de Ciuitate Dei.
Lectiones Theologicas. Quodlibeta, & alia. *Ex Frizonio.*

Card. Franciscus Cornelius, *à Clemente VII.*
Constitutiones Ecclesiasticæ disciplinæ. *Ex Victorello.*

Card.

Card. Franciſcus Zabarella, *à Ioanne XXII.*
In Decretales, & Clementinas. In naturalem Philoſophiam.
Epiſtolas, & Orationes. Conſilia, & Repetitiones varias.
De Horis Canonicis.
De Schiſmate, & alia. *Ex Card. Bellarm. Io. Trith. Anton. Riccobono lib. 1. c. 12. de Gymnaſio Patauino. & S. Antonino, qui eum vocat Doctorem egregium.*

Card. Franciſcus Mantica, *à Clemente VIII.*
Deciſiones. De Coniecturis.
De Tacitis, & ambiguis conuentionibus, quod opus Lucubrationes Vaticanas nuncupauit. *Ex Victorello.*

Card. Franciſcus Maria Tauruſius, *à Clemente VIII.*
Priores Tomos Annalium Baronij Italicè reddidit. *Ex Claudio Roberto in Gallia Chriſtiana.*

Card. Franciſcus Toletus. *à Clem. VIII.*
Summam caſuum conſcientiæ, ſiue Inſtructionem.
Commentaria in Ioannē. In Lucam. In Logicam. De Anima.
In Dialectica. Conciones in Pſal. 1. & 30. In Epiſtolam ad Roman.
In octo libros Phyſicorum. Introductionem ad Logicam.
Tractatus in duo loca Epiſt. ad Rom. Comment. in Sum. S. Th. M.S.
Conciones aliquot M.S. *Ex Petramellario, Giaccone, & Ribadeneira in catalogo Script. Soc. Ieſu.*

Card. Franciſcus Turnon. *à Clemente VII.*
Statuta Synodalia Lugduni. *Ex Frizonio.*

Card. Franciſcus Ximenius, *à Iulio II.*
In vniuerſum vetus, & nouum Teſtamentum ad Leonem X. lingua Hebraica, Chaldaica, Græca, & Latina. *Ex Sixto Senen. l. 4.*

Card. Franciſcus Soderinus, *ab Alex. VI.*
Decretorum difficultates. *Ex Pocciantio.*

Card. Franciſcus Quignonus, *à Clem. VII.*
Regiſtrū. Officiū Breuiarij. *Ex Luca VVaddingo. & Bulla Pij V.*

Card. Franciscus Sfondratus, *à Paulo III.*
Poema Heroicum de raptu Helenæ.
Epistolas ad diuersos. *Ex Nomenclatore.*

Card. Franciscus Rupefucoldius, *à Paulo V.*
De Ecclesiæ auctoritate. De Statu Ecclesiastico.
Libellum contra schismaticos. *Ex Frizonio.*

G

Card. Gabriel Palæotus, *à Pio IV.*
De Bono senectutis. Varias Constitutiones.
De Sacra Sindone; siue de Domini Nostri Iesu Christi Stigmatibus.
De sacris, & prophanis Imaginibus.
De Nothis, & Spurijs, De Consistorio.
Archiepiscopale Bononiense. Decisiones Rotæ.
Acta Concilij Tridentini M.S. *Ex Ciaccone, & Petramellario.*

Card. Gaspar Contarenus, *à Paulo III.*
De immortalitate animæ contra Pomponatium suum Præceptorē.
De Elementis libri quinque. De libero arbitrio.
De altiore Philosophiæ parte libros quatuor.
De officio Episcopi libros duos. De ratione anni.
De Potestate Romani Pontificis in vsu clauium ad Paulum III.
De Potestate Romani Pont. in compositionibus ad Paulum III.
De Magistratibus, & Repub. Veneta libros 5.
De Prædestinatione. Summam Conciliorum ad Paulum III.
De Sacramentis Ecclesiæ libros quatuor.
Compendia prioris Philosophiæ libros septem.
Non dari quartam figuram syllogismi, quæ dicitur Galeni.
De Homocentricis. De Iustificationibus.
Catechismum. Scholia in Epistolas D. Pauli.
Confutationem articulorum Lutheri.
De æstu maris. De Institutione Christiana.
Explanationem in Psalmum Ad te leuaui, &c.
Ad Apologiam Francisci Georgij responsionem.
Epistolas ad Gabrielem Triphonem, ad Florimontem Episcopum Aqui-

Aquini, ad Victoriam Columnam, & alios. *Ex Ioanne de la Casa in eius vita, & alijs.*

Card. Geruasius Cenomanensis, *à Martino V.*
Multa ad Theologiam spectantia. *Ex Paulo* Cortesio.

Card. Gualfridus Arturius, *ab Eugenio III.*
Britannicarum Historiarum libros octo.
De Exilio Ecclesiasticorum. De corpore, & sanguine Domini.
Res gestas Arturi Regis. Carmina,& alia. *Ex Ciaccone.*

Card. Galeottus Franciottus de Ruuere, *à Iulio II.*
Varias Odas. *Ex Vberto Folietta.*

Card. Gentilis de Monte Floris, *à Bonifatio VIII.*
Homilias ad populum.
Opuscula varia. *Ex Tuffignano, & Eisengreno.*

Card. Gerardus Landrianus *ab Eugenio IV.*
Orationem ad Regem,& Regnum Angliæ. *Ex Ciaccone.*

Card. Gerardus à S. Domaro, *vel* de Goria, *à Clem. VI.*
Theologica nonnulla. Sermones. *Ex Ciacc. & Frizonio.*

Card. Gilo *vide* Aegidius.
Card. Ginnasius, *vide* Dominicus.
Card. Guido Bentiuolus. *à Paulo V.*
Historias Flandriæ. Relationes Flandriæ.
Epistolas multas; quæ omnia Etrusco sermone politè, eleganterq. conscripta leguntur. *Sunt apud me.*

Card. Gregorius Cortesius *à Paulo III.*
De peccato originali. Cirinensis Insulæ, & Cenobij laudes.
De Theologica institutione. In 4. libros Sententiarum.
Quod S. Petrus fuerit Romæ. De Potestate Ecclesiastica.
Epistolas, & Hymnos, & Poemata.
De Viris illustribus Ordinis Monastici.

De direptione vrbis Genuensis.
De Theologia,& Philosophia multa.
S.Basilij de Virginitate, traductionem è Græco in Latinum idioma,& alia. *Ex Petro Calzolario, Ciaccone, & Fabiano Iustiniano in Indice vniuersale.*

Card. Gregorius Galganus, *à Clem. VI.*
Constitutiones contra Hæreticos. *Ex Ciaccone.*

Card. Gregorius Benedictinus, *qui viuebat an.* 1144.
Chronica Monasterij Casinensis. Sermones Sanctorum.
Sermones de Natiuitate,Passione,Sepultura,& Resurrect. Dom.
Sermones in die Pentecostes.
De translatione corporis S.Stephani Constantinopoli Romam.
Declarationem aliquot sententiarum.
De varijs generibus Gemmarum. De 7.virtutibus,& vitijs.
De Regula S.Benedicti. De Rebecca,& Isaac.
Adnotationes in vetus Testamentum. De Lothario Imp.
De Rege Ozia,& Sacerdotibus. De Architectura Vitruuij.
De Mose. De Tribus temporibus.
Hymnos octo de Sanctis. De Isaiæ visione.
Traductionem è Græco in Latinum sermonem libri cuiusdam Regis Arabi de gemmis pretiosis.
De tentatione Christi in deserto.
Chronica Regum Troianorum,Consulum,& Dictatorum.
Disputationem à se habitam pro defensione Ecclesiæ Romanæ.
Vitam S. Leonis Papæ.
De visionibus,& miraculis Sanctorum.
Historiam Troianorum,& alia. *Ex Calzolario in Hist. Monast.*

Card. Goffridus, *ab Vrb. V.*
Libros quinque Epistolarum. Quindecim Opuscula.
Sermones quindecim.
Epistolam de Inuestituris. *Ex Card. Bellarm. & Frizonio.*

Card. Gualterus, *qui viuebat an.* 1300.
Super 4. libros Sententiarum. *Ex Antonio Senensi Lusitano.*

Card. Gulielmus Mandagotus. *à Clem. V.*
De electione Prælatorum. Opuscula in legum disciplina.
Expo-

Expositionem eiusdem libri. *Ex Trithemio, & Frizonio.*

Card. Gulielmus, *siue* Petrus Gulielmus, *qui sub Greg. VII. vixit.*

Vitas Pontificum vsque ad Paschalem II. *Ex Baronio.*

Card. Gulielmus Alanus. *à Sixto V.*

De Sacramentis Ecclesiæ. De Prædestinatione.

De Fide Catholica. De sacris Imaginibus.

De purgatione animæ post mortem, siue de Purgatorio.

Apologiam Seminariorum.

Sacram Scripturam in sermonem Anglicanum traductam.

Ex additionibus ad Ciacconem, & Nicolao Fizerberto in vita.

Card. Gulielmus de Agrifolio. *ab Vrb. V.*

Sermones de B. Virgine, & alia. *Ex Ciaccone, & Frizonio.*

Card. Gulielmus Sirletus. *à Pio IV.*

De præstantia Basilicæ Vaticanæ M.S.

Adnotationes in Psalterium Græcum.

Biblicum Apparatum. Notationes in librum Ecclesiastici.

Correctiones, & additiones in Ius ciuile.

De Monarchia Ecclesiastica.

Epistolas. & alia. *Ex addit. ad Ciacc. & Francisco Luca Brugensi.*

Card. Gulielmus Godinus. *à Clem. V.*

Collectionem iurium, concessionum, ac priuilegiorum Romanæ Ecclesiæ factorum, & ab ea alijs collatorum.

De Nuptijs Christi, & Ecclesiæ.

Sermones varios. *Ex Ciaccone, & Frizonio.*

Card. Gulielmus Sudiè, *ab Vrb. V.*

De Mysterijs S. Crucis.

Epistolas in causa Fidei Catholicæ.

Pertinentia ad argutias Logicæ. *Ex Ciacc. & Frizonio.*

Card. Gulielmus Blesensis. *ab Alex. III.*

Epistolas duas de nece S. Thomæ Cantuariæ ad Alexandrum III. & alias multas. *Ex Houed.*

Card. Gulielmus Farinerius. *ab Innoc. VI.*
Commentarios super sacros,& alios libros.
Sermones varios.
De mutuatitia negotiatione. *Ex Frizonio, Cortesio,& Ciacc.*

Card. Gulielmus de Beliomo. *a Nicolao IV.*
In quartum librum Sententiarum.
De Visione Diuinæ essentiæ.
Sermones, & alia. *Ex Ciaccone.*

Card. Gulielmus Maresfeldius. *a Benedicto XI.*
Problemata. Conclusiones ordinarias.
Orationes ad Clerum, & alia. *Ex Ciaccone.*

Card. Gulielmus Longus. *a Cælestino V.*
Sextum Decretalium, vnà cum duobus alijs. *Ex Ciacc.*

Card. Gulielmus Iorius. *a Benedicto XI.*
Super XXX. Psalmos. *Hoc opus est apud me.*

Card. Gulielmus Iacobus de Croy. *à Leone X.*
Epistolam ad Ludouicum Viuem. *Ex Frizonio.*

Card. Gulielmus Philasterius. *à Ioanne XXII.*
Notas in Pomponium Melam.
Aliquos Platonis libros è Græco in Latinum conuersos, & alia. *Ex Frizonio.*

Card. Gulielmus Brissonet, *ab Alex. VI.*
Enchiridion precum Christianarum ad Carolum VIII. Reg. Galliæ.
Acta Synodalia Maclouis habita. *Ex Frizonio.*

Card. Gualo, *siue* Vualo. *a Paschali II.*
Statuta Synodalia. *Ex Frizonio.*

Card. Gualterius Vvittemburgens. *a Bened. XI.*
Libros tres Summæ Theologiæ.

De pec-

De peccato originali librum vnum.
Quæstionum Theologicarum librum vnum.
Sermonum lib. 1. & alia. *Ex Ciaccone.*

Card. Guitmundus. *ab Alex. II.*
Libros tres de corpore, & sanguine Christi aduersus Berengarium.
Confessionem de Trinitate, de Christi humanitate, & veritate corporis, & sanguinis Christi.
Orationem ad Anglorum Regem Gulielmum cum Episcopatum recusauit.
Contra errores Berengarij. *Ex Frizonio, & Nomenclatore.*

Card. Guidiccionus, *vide* Bartholomæus.
Card. Guido Diac. S. Mariæ in Porticu. *ab Eug. III.*
Vitam Ludouici Crassi ad Goslenum Suessionensem Episcopum. *Ex Petro Frizonio.*

Card. Grimanus, *vide* Marinus.

H

Card. Hadrianus de Corneto. *ab Alex. VI.*
Quomodo Sacra Scriptura sit tractanda.
Elegantias Latini sermonis.
De vera Philosophia libros quatuor.
Orationem de fœdere inter Alex. VI. & Regem Hisp.
Itinerarium Iulij II. carmine conscriptum.
Card. Stephanus Bonuccius, *à Sixto V.*

In Aristotelem.
In Magistrum Sententiarum, & alia M.S. asseruata in Bibliotheca Pisana. *Ex Victorelo ad Ciacconem.*

Card. Stephanus Lingtonus, *ab Innoc. III.*

In Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium.
Commentarios in Iosue, in librum Iudicum, Regum, Paralipomenon, Iob, Tobiam, Iudith, Esther, Psalterium, Prouerbia, Ecclesiasten, Cantica, Esdram, Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem.
Tropologiam in Prophetas.
Commentarios in Oseam, Amos, Abdiam, Ionam, Michæã, Naum, Habacuch, Sofoniam, Aggæum, Zachariam, & Malachiam.
Super Machabæos. Super Epist. B. Pauli.
Concordiam vtriusque Testamenti, in lib. 8.
De vera Pœnitentia. Adam vbi es? De Maledictionibus.
De Similitudinibus. Sermones sexaginta. De Sacerdotibus.
Constitutiones Oxonienses. Adnotationes Bibliorum.
Quæstiones Theologicas. Vitam B. Richardi Regis.

Vitam S. Thomæ Cantuarienfis, lib. 4. seu 5.
Exameron Carminum. Repetitiones lectionum.
De Factis Maumethi. Benedictiones in monte Ebali. *Ex Nomenc.*

T

Card. Theodorus Lelius, *à Paulo II.*
Apologiam fœderis inter Venetos, & Sigismundum Austriacum.
Gratulationem pro Pio II. ad Ducem Venetiarum.
Orationes ad Regem Franciscum pro Pio II.
Ad eumdem pro defensione Fidei, & præsidio contra Turcas.
Contra Hussitas, & de iusto anathemate Sigismundi.
Ad Ducem Burgundiæ contra Turcas.
Pro restitutione Præpositi Brixinensis.
Pro Paulo II. Epistolas multas. Grammaticam.
Contra Gregorium Heimbergium. *Ex Ciaccone.*

Card. Theobaldus Stampensis, *à Nicolao IV.*
Disputationum variarum librum vnum.
Contra errantem in Theologicis, & alia multa. *Ex Vghell. ad Ciac-*

Card. Thomas de Capua. *ab Innocentio III.*
Antiphonam incipientem, Virgo parens gaude, &c.
Epistolam ad Federicum Imperatorem.
Summam dictaminis M.S. *Ex Archiuo S. Petri de Vrb. & Ciaccone.*

Card. Thomas Baurcherius, *à Paulo II.*
Multa scripsisse affirmant *Polydorus Virgilius, Ciacc. & Vghell.*

Card. Thomas Armellinus, *à Io. XXII. dicto XXIII.*
Scripsisse non pauca ad Iurisprudentiam attinentia astruit *Vghell. ad Ciacconem.*

Card. Thoma de Vio, patria Caietanus. *à Leone* X.
Commentaria in omnem fere Sacram Scripturam.

Com-

Commentaria in totam summam S. Thomæ.
Summam casuum conscientiæ. Ientaculum.
In omnes libros Historicos; qui de Canone Hæbreorum sunt, ad Clementem VII.
Emendationem noui Testamenti iuxta fidem Codicum Græcorũ.
In totum vetus Testamentum, nouam translationem ex Hæbr.
De Prædicabilibus Porphyrij. Super Posteriora Arist.
Super prædicamenta Arist. Super librum de Anima.
De Potestate Papæ. Apologia pro eodem opusculo.
De Cambijs. De Simonia.
De Monte Pietatis. De Maleficijs.
De Votis. De circumstantia diei Festi.
De Vsura, De eleemosyna.
De conceptu Entis De infinitate Dei.
De Castitate. De Nouitijs.
De spasmo B. Virg. De bonis per vsuram acquisitis.
De celatione Confessionis. De Pontificatu.
De Matrimonio. De Analogia nominum.
De Pastorum residentia. De potentia Naturæ.
De subiecto Naturalis Philosophiæ.
De Ente, & essentia. De pollutione.
Responsionem de Voto, & vnitate peccati.
Responsionem ad triplicem quæstionem.
Responsiones ad varias quæstiones.
Orationem coram Alexandro VI.
Varias Orationes habitas in Sacello Pontificio, & in Concilio Lateranensi.
De vsu spiritualium rerum in peccato mortali.
De Fide, & operibus contra Lutherum.
De Confessione. De satisfactione.
De Communione. De Synhodorum differentia.
De cælo, & mundo. De vnione verbi Dei.
De Immortalitate animorum.
Quomodo Spiritus patiantur ab igne. *Ex Vghello, Ant. Genuen. Sixto Senensi, & Card. Bellarm.*

Card. Thomas Badia. *à Paulo III.*
Commentaria super octo libros Physicorum.

Quæ-

Quæstiones Physicales. De Prouidentia Dei. De Anima.
Metaphysica. *Ex Antonio Senense.*

Card. Thomas Anglus *ab Vrb. VI.*
Super vniuersam Aristotelis Philosophiam.
Quodlibeta varia. *Ex Vghello in Ciaccon.*

Card. Thomas Ioijcet, *siue* Iorgius, *a Clem. VI.*
Super quatuor libros Sententiarum.
Postillam in Psalterium, seu Commentarios in Psalm. 37.
De doctrina Scholarium. In Genesim.
De Conceptione Beatæ Virginis.
Super Boetium de Consolatione.
Contra Ioannem Scotum. Quodlibeta.
De concordantia librorum S. Thomæ de Aquino.
Postillam in Prouerbia Salomonis.
Postillam in Canticum Canticorum.
In libros S. Augustini de Ciuitate Dei.
De statu animarum post mortem.
Aduersus Iconoclastas, & alia. *Ex Ciaccone.*

Card. Toletus, *vide* Franciscus.
Card. Turrecremata, *vide* Ioannes.
Card. Tuscus, *vide* Dominicus.

V

Card. Vbaldus, *vide* Benedictus.
Card. Vido, *siue* Hugo, *a Clem. VI.*
Super Psalmum Miserere. *Ex Antonio Senensi.*

Card. Vincentius Laurus. *a Greg. XIII.*
Vitam Card. Francisci de Turnon. Ex *Frizonio.*

Card. Vincentius Iustinianus *à Pio V.*
Varias Epistolas ad bene recteque viuendum.

The-

Thesaurum perutilem, &c.
Additiones ad librum Constitutionum Ordinis Prædicatorum:
Ex Nomenclat. & Antonio Senensi.

Card. Vigerius, *vide* Marcus.

Card. Vitalis, *siue* Io. Vitalis de Furno, *à Clem. V.*

Postillam in Apocalypsim.
De paupertate Christi, & Apostolorum.
In Prouerbia Salomonis.
In Euangelia libros quatuor.
Quodlibeta.
De tuenda Sanitate, & remedijs morborum.
In quartum Sententiarum,
Speculum morale totius Sacræ Scripturæ.
Sermones multos,
Commentarios Concionatorios. *Ex Nomenclat. & Frizon.*

Card. Virilis, *vide* Lucas Antonius.

Card. Vmbertus, *vide* Humbertus Siluæ Candidæ.

Card. Ximenius, *vide* Franciscus.

Aliquot omiſsi Cardinales,ſuis locis apponendi

Card. Antonius à Prato, *à Clemente VII.*
Acta Synodalia Senonen. Eccleſiæ.
Orationes nonnullas. *Ex Frizonio.*

Card. Antonius de Monte, *à Iulio II.*
Deciſiones varias. *Ex Deciſ. in lucem editis.*

Card. Erardus de la March, *à Leone X.*
Complures litteras,præcipue vero ad N. datas, qui in Epiſtolam ad Romanos Paraphraſim ei dicauit. *Ex Frizon.*

Card. Gaſpar Quiroga, *à Gregorio XIII.*
Rotæ Deciſiones. *Ex Cantalm.*

Card. Hieronymus Verallus, *à Paulo III.*
Complures Deciſiones Rotales. *Ex impreſſ Deciſ.*

Card. Iſidorus Theſſalonicenſis, *ab Eugenio IV.*
De capta Conſtantinopoli.
De capto Nigroponte.
Diſputationes in Concilio Florentino. *Ex Ciaccone.*

Ad Card. Beſſarionem adde
Correctionem librorum Platonis de legibus.
De Proceſſione Spiritus ſancti.
Confutationem aduerſus Marcum Epiſc. Epheſinum.
Apologiam de Cœna Domini. *Ex Ciaccone.*

Ad Card. Antonium Caraffam adde
Indicem locupletiſſ.in Regiſtrum Epiſtolarum S.Greg. Magni.

Ad Card. Dominicum Iacobatium adde
De Donatione Conſtantini Imper.
De vtroque gladio in Eccleſia.

Ad Card. Ioannem de Turrecremata.
De Pœnitentia. De Concilio Florentino. De Conſecratione.
De Auctoritate Romanæ Eccleſiæ. De Concilijs.

Ne quid in paginis, quæ supererant, desideraretur, nonnulla in eas conijcienda existimaui, quæ à rei qua de agitur argumento, minimè abhorrerent: ea vero sunt, quæ consequuntur, ex Codice manu exarato excerpta.

Epistolæ duæ, ex originali exscriptæ, Hieronymi Badesij de obitu Card. Caroli Borromæi altera: Siluij Antoniani Sacri Collegij tunc Secretarij altera, mihique à Fabricio, Hieronymi fratre germano, Basilicæ Liberianæ Beneficiato tradita, nunc primum in lucem editæ.

Hieronymus Badesius Siluio Antoniano S.P.D.

INopinatus communis vtriusq. nostrum Domini Card. S.Praxedis obitus, incredibile est quanto me dolore affecerit. Virum enim, vt probè nosti, admirabili, & singulari innocentia, & sanctitate insignem, atq; Euangelicæ Fidei defensorē, ac propagatorē amisimus, nisi forte illud amissum esse dicatur, quod aliquando præsens nō est. Nam si ipse, dum in hac mortali vita versaretur, non modo Mediolanensis Ecclesia, cui tanta cum laude præfuit, vt exemplū omnibus, imitandi vero sui locum pene reliquerit nemini, sed etiam vniuersæ Italiæ, omniumq. gentium patrocinium susceperat; quid nunc facturum putamus, cum in cælesti domicilio, immensam Dei Optimi Maximi Maiestatem, & gloriam propius contemplatur, calamitates, & ærumnas hominum clarius intueatur? Diuinum profecto illius auxilium sentiamus, cuius præsentia nobis frui diutius non licuit, & quem incredibili cum admiratione præsentem suspeximus, eiusdem etiam absentis opem implorabimus. Nam aliquando, & forsan nostra ætate beatissimam illius animam ad Sanctorum numerum adscriptam venerabimur. Quis enim omni nostra memoria sanctior, aut innocentior fuit? vt mihi quidem non minus vera, quam pia videatur esse vox illa quorundam, qui sæpius illum Ambrosium alterum appellare consueuerunt. Viuet itaq; in Mediolanensium animis Pastoris, ac Parentis optimi memoria sempiterna, cuius incredibilis vitæ ratio in omnium sermonibus, & mentibus perpetuo hærebit: mihi vero Patroni carissimi semper erit iucundissima recordatio. Plura de hoc sanctissimo viro, tibiq; non ignota, commemorarem, nisi me a me dicendi tenuitas reuocaret. Hæc vero attigi, non vt iusto tuo dolori aliquid leuationis afferrem (noui enim prudentiam tuam) sed vt meam summam in tantum virum, singulare Cardinalium decus, animi pietatem, ac reuerentiam significarem. Vale die 9. Nouemb. 1584.

Re-

RECtè facis, Hieronyme, qui in deploranda viri sanctissimi, optimi Cardinalis S. Praxedis morte, ad meas lachrymas tuas adiungis. Illius obitus lugebunt alienissimi, & remotissimi. Magna est enim vis virtutis, & sanctitatis, praesertim cum excelso, & illustri loco posita in omnium oculos incurrit. Igitur, si alieni lugebunt, quanto magis ij, qui cum eo coniunctissime vixerunt? Annos natus viginti in eius clientelã me tradidi. Habuit me nõ in serui, sed in fratris loco. In eius castissima disciplina educatus sum. Multis beneficijs affectus ingratus sim, nisi toto vitae tempore illius memoria animo meo infixa haereat. Sed, quod me magis torquet, Publica est iactura, qua vna boni omnes merito permouemur. Scripsi hoc de genere ad Illustriss. Battorium epistolam, qui virum Dei vnice amabat, & obseruabat. Eam ad te mitto, vt legas, &, si quid in ea, aut prudenter, aut accõmodatũ dictũ est, notes; sin minus, etiam ineptis legentibus proficimus, dum cauemus, ne ad eumdem scopulum offendamus. Hominis non dormitantis iudicium acuitur, dum secum considerat. Hoc ieiunius dictum est: Hoc non suo loco: Hoc parum explicatè, & dilucidè. Ita qui sapit, vndiq; sibi lucrum parat. Boni tamen Scriptores frequentes sunt legendi, quos semper cum fructu legimus. Scripta est à me epistola meo more, currenti calamo. Non tam limae impatiens sum (quamquam id quoque) quam rescribendi. Itaque quamprimo scripsi, eadem scribo epistolam. Condonandum hoc seni. Tua Hieronyme, longe alia est ratio. Scribas, mutes, addas, perpolias oportet, nisi interdum angustiae temporis non excludant. Iuuenẽ diligentia, iuuenẽ labor decet. Non satis est Latine scribere, nisi ornatè, & eleganter scribas. Hoc meũ scribendi genus Ecclesiasticũ est, quod tamen nõ omnes assequuntr, neq; me assequutum puto. Multi sunt, qui Ciceronẽ imitantur eloquentiae plane parentẽ, & optimũ latinitatis auctorem; sed, dum Ciceroniani esse volunt, se Christianos, aut Sacerdotes esse obliuiscuntur. Itaq; ita loquuntur, & scribunt, ac si in Capitolio versarentur, non in Ecclesia. Multa praeter decorum, quaedam interdum parum piè effutiunt. Alij contra pietati, & religioni valde addicti, ex faece hauriunt, & inquinatissime scribunt; quamquam ego hoc sum ingenio, vt potius res bonas, quam bona verba requiram. Sed tamen non est facile, vt dixi, stylũ ita temperare, vt elegantiam simul, & quandam Ecclesiasticam grauitatem, & pietatem referat. Id fit Sanctorum Patrum, & Sacrae Scripturae lectione cum Cicerone coniungenda. Id, suo tempore, tu quoque, vt spero, efficias. Nunc Ciceroni potissimum studendum ita, vt locos rerum, locutiones, ornamenta omnia notata, & memoriae impres-

impressa ita habeas, vt nihil te effugiat, quod & si in omnibus Ciceronis operibus praestare est paulo laboriosius, in Orationibus certè, & epistolis non difficile. Vides senem scribentem tua tantum causa. Tu calamo iuueniene parcito. Hac tecum familiariter, vt soleo; non vt te vrgeam, sed vt semper proficias magis. Da (inquit Salomon) occasionem Sapienti, & sapientior erit. Vale 1584.

Relatio Card. *Io. Antonij Serbelloni facta in* Consistorio *secreto super erectione Domus Lauretanæ in Ecclesiam* Cathedralem, *die 17. Maij 1586.*

BEatiss. Pater. Cum Sanctitas Vestra pro sua singulari pietate ad Dei gloriam, & Sanctiss. eius Genitricis venerationē augendam cogitasset Oppidum de Laureto erigere in Ciuitatem, & eiusdem Oppidi Ecclesiam in Cathedralem pro vno Episcopo, qui ibi in spiritualibus curam gerat, & ei de competenti Diœcesi, ac decenti dote prouidere, illamq. huic Sanctæ Sedi immediatè subijcere, mihi mandauit, vt informationes ad hoc necessarias sumerem, & in hoc sacro loco, de more referrem. Hæc igitur sunt, quæ ex Processu tam in partibus, quam coram me confecto, & per RR. DD. meos Capita Ordinum, & me subscripto colliguntur.

Oppidum Lauretanũ situm est in Prouincia Piceni, loco accliui, iuxta Ciuitatē Recanatensem, & mare Hadriaticũ nullius Diœcesis & huic S. Sedi immediate subiectum. Habet domos circiter 200. mœnibus bene conclusum, propugnaculis munitum, tormentis, & & armorum apparatu à fe. re. Alex. VI. & Iulio II. Sanctitatis V. prædecessoribus instructum. Nullum habet territorium. Ecclesia prædicta est sub inuocation. B. Mariæ semper Virg. toto Orbe celeberrima, atq. admirabilis, non tam ob ædificij magnificentiam, quam ob crebra miracula, & multiplices gratias, quæ ibi à Deo, precibus, & meritis gloriosiss. Genitricis suæ quotidie conceduntur. In eiusdem Ecclesiæ medio extat sacrum illud Cubiculum magnis, & diuinis mysteriis consecratum, in quo nata est B. Virgo Mater Dei, Aduocata nostra; in quo Angelus Domini nunciauit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto. Idem sacrum Cubiculum in eum locum Angelorum ministerio trãslatum est, omni pietate, ac religione venerandũ summisq. laudibus, & præconiis extollendum. Ad illud ex vndique mundi Regionibus confluunt homines religionis, & soluendorum votorum gratia. Eadem Ecclesia recte fuit in Collegiatam à fel. rec. Leone X. declarata Pontificia, & decorata variis priuilegiis, in qua sunt quatuor Dignitates, Archipresbyteratus, quæ principalis existit.

ftit annui valoris scut. 140. Archidiaconatus, Præpositura, & Decanatus annui valoris scut. 120 pro quolibet. Quarum ordinem, & nomina S.V. cogitabat in hunc modum mutare, vt Archidiaconatus existat prima post Pontificalem, & Archipresbyteratus secunda. Ad quem Archipresbyteratum intendebat perpetuo reseruare facultatem nominandi pro Illustriss. familia sua Peretta de Monte Alto. Præposituram autem volebat de cætero nuncupari, Primiceriatum, & Decanatum, Thesaurarium. Habet præterea ipsa Ecclesia 12. Canonicatus, & Præbendas, annui valoris scut. 100. pro quolibet. Duodecim Beneficiatos sc. 50. pro quolibet, & totidem Clericatus sc. 25. pro quolibet, quorum omnium dispositio est reseruata S.V. ex ea Leonis reseruatione. Extant & alij Clerici ad nutũ amouibiles, ad num. 12. Sacristiæ, & Missarum celebrationi inseruiẽtes. Capella Cantorum constat ex Magistro, & 18. Cantoribus. Accedunt duo Organistæ: nam duo ibidem sunt Organa; qui quidem omnes diuinis officijs quotidie decenter inseruiunt. Chorus adest benè constructus. Capellaniæ complures in diuersis Ecclesiæ locis. Tum Campanile cum suis Campanis. Sacristia in primis copiosa, quę vasis sacris, vestibus, paramentis, omni sacra suppellectile, ornamentis aureis, & argenteis, gemmisque pretiosis ita referta, & ornata est, vt non facilè existimari possit. In quibus omnibus fidelium pietas, & loci veneratio maximè elucet, atq. dignoscitur. Habet curã animarum tam intra, quàm extra Opidum ad numerum 2000. quæ exercetur per tres de Collegio Ecclesiæ, qui singulis annis deliguntur, & superintendentia remanet penes Archipresbyterum. Iuxta Ecclesiam sunt eius ædes amplæ, & commodæ. Rei familiaris curã gerunt Magister Domus, Computator, Thesaurarius, Factor, & ministri plurimi; & seruientes. Omnibus præest Reuerendiss. D. meus Card. Vastauillanus Protector, & Prælatus, qui ab ipso præficitur. Fructus, qui ex prædijs tam rusticis, quàm vrbanis, ex armentis, & gregibus, quotannis percipiuntur, ascendũt ad summam 12000. sc. vel circa. Habet amplius ex eleemosynis, quæ ex vndiq. Mundi regionibus quotidie deferuntur summam annuam notabilem, & plurima munera. Omnibus ipsa Ecclesia præbet victum, & nonnullis etiam stipendium. Exercet Hospitalitatem non tam in peregrinos, quos triduo sustinet, sed etiam in omnes alios aduenas, & præcipuè in infirmos. Alit duo Collegia, alterum Illyricorum ad nu. virorũ 50. alterum Societatis Iesu ad num. virorum 40. Quorum opera Ecclesiæ ornamento est, & animarum præsertim peregrinorum valde vtilis, pro quibus duobus Collegijs impendit annuam summam sc. 5000. Sustinet quoq. sumptus fabricæ, agrorum colendorum, &

 alia-

aliarum rerum. Habet iurisdictionem temporalem in omnes, qui dictum Opidum incolunt,& inseruientes Ecclesiæ. Et ad occurrendum pyratis,& Turcis duas cohortes habet militum. Alteram illorum,qui seruiunt Ecclesiæ,& domui: alteram illorum, qui in ipso Opido habitant. Diœcesis autem,de qua S.V. prouidere cogitauit, est in primis Ciuitas Recanati, cuius Cathedralem Ecclesiam S V. nuperrimè in alio Consistorio à Maceratēsi,cui antea reperiebatur vnita,dismembrauit,suppressit,& in Collegiatam redegit, absoluēs etiam R.P.D. Galeatium Moronum à vinculo, quo eidem tenebatur,& cum decreto tamen, quod Recanatum non desineret esse Ciuitas. Sunt præterea nonnulla Opida, quæ disposuit dismembrare à Diœcesibus Ecclesiarum, in quibus modo existunt: videlicet Castrum Ficardum ab Anconitana, Opidum S. Mariæ in Casciano ab Auximana; & Opidum Montis Luponi à Firmana. Recanatum est antiqua Ciuitas in Piceno prope dictum Opidum Lauretanum. Cōtinet domos supra 1200. Est ditionis huius S.Sedis. Prædicta eius Ecclesia,quæ,vt,præfertur,per S.V. nuperrimè in Collegiatam redacta fuit,ampla est cum plurimis Cappellaniis, ac sacris decenter instructa, sub inuocatione B. Flauiani Martyris. In ea quatuor sunt Dignitates: Præpositura,quæ principalis existit annui valoris scut. 300.& vltra. Archidiaconatus, Archipresbyteratus,& Diaconatus. Duodecim Canonicatus, & Præbendæ,& totidem Altaristæ, omnes tenuis redditus. Adest Organista,& Organum, Campanile cum tribus campanis. Reliquiarium satis egregium. Sacristia paramentis diuino cultui necessariis competenter referta. Imminet ipsi Ecclesiæ cura animarum, & iuxta eam extat Palatium Episcopale satis commodum. In diuersis Ciuitatis locis sunt quinque aliæ Parochiales Ecclesiæ,& Beneficia simplicia circa 50. Extant etiam plura Monasteria tam virorum,quam mulierum, Collegium Societatis Iesu Seminarium puerorum, tria Hospitalia,& plures Confraternitates laicorum cum suis Oratoriis. Territorium Ciuitatis est iuxta dictum Opidum Lauretanum, amplum,& fructiferum. Concluditur à mare Hadriatico, & à Diœcesibus Firmana, Anconitana, Auximana,& Maceratensi, in quo etiam sunt Castra Montis Fortis, & Portus ad litus maris, subiecta in temporalibus Ciuitati, & in spiritualibus Episcopo. Fructus dictæ Ecclesiæ Recanatensis, iam, vt dixi, in Collegiatam redactæ, æstimantur annuatim ad scut. 1500. & vltra.

Votum:

EMINENTISS.[MO] AC R.[MO]

PRINCIPI
IO. BAPTISTAE
S. R. E.
CARD. PALLOTTO.

STEPHANVS PAOLINIVS ROM. TYP. F.



PVSCVLVM de Scriptoribus S. R. E. Cardinalibus, ijsque non paucis (illis tamen omissis, qui, summo cum imperio, Petri successores renunciati, vniuersam Christianam Rempub. obtinuerunt) à Francisco Maria Turrigio Romano, duobus ab hinc annis, ex varijs petitum Auctoribus, breuiterq. illud quidē, strictimque, verũtamen accuratè, cogitateq. scriptum, ne diu exoptatum diutius in tenebris delitesceret, pergratum, perq. iucundũ ijs futurum censui, qui doctrina, studio, litterarumq. præstantia capiuntur, si primo quoque tempore in vulgus ederem, atque in lucem proferrem. Quid enim pulchrius, quid optabilius, quam si operam damus, vt, quæ optimo cuique vsui, & ornamento verè existimantur esse, non latebris occultentur, sed ex abditis emergantur, atque in hominum luce, in omnium theatro versentur? Quod quidē tantum abest, vt, inuito Auctore, nunc faciam, vt ingentē ex ea re voluptatem ipse percipere fateatur. Is enim eo est ingenio, ea humanitate præditus, vt quantum quidem viribus consequi potest, cum occasio postulat, omnibus presto, esse velit, nulli vmquam deesse percupiat. Quoniam vero

ita vsu comparatum est, vt, quæ prœlo committenda sunt, eadem plerumq. sub certi alicuius viri clypeo, vel auctoritate præstantis, vel splendore fulgentis in publicum prodeant; idcirco factum est, vt Tibi, Amplissime vir, libellum hunc, si non perfectum ingenio (quemadmodum ipsemet dicere consueuit Auctor) certè elaboratum industria, inscriberem; quippe qui & rerum honestarum varietate, mirifice tenearis, & eos, qui, vel laboribus, & vigilijs, maximũ sibi scribendo nomen pepererunt, vel virtutes, ac litterarũ studia præ oculis noctes, ac dies habent, suspicias, atque admireris. Accipe igitur hilari fronte, quæ Tibi ex animo, vereq. dico, & me iuuandum semper, tuendumque suscipias, etiam atque etiam rogo. Romæ Kal. Augusti 1641.

QVI DE CARDINALIBVS scripſerunt.

DE S. R. E. CARDINALIVM Origine, Dignitate, Præſtantia, Munere, Auctoritate, Cærimonijs, Poteſtate, Statu, Veſtium vſu, Defenſione, alijſque ad tantæ rei argumentum ſpectantia, inter cęteros Auctores legi poſſunt.

ALfonſus Ciacconus de Geſtis Romanorum Pontificum.
Aluarus Pelagius de Planctu Eccleſiæ.
Anaſtaſius Germonius de Legatis Principum, &c.
Andreas Barbatia, tom.13.par.2.
Andreas Piſcara in Praxi Cærimoniarum.
Antonius Poſſeuinus in Apparatu Sacro, verbo Cardinalis.
S. Antoninus in Summa par.3.tit.21.
Auguſtinus Barboſa.
Auguſtinus Triumphus de Ancona.
Azor in Inſtitution. Moral. lib.4. tom.2.

Bartholomæus Caſſanæus in Catalogo gloriæ mundi.
Bartholomæus Fumus in Armilla.
S. Bernardus ad Eugenium III. omnino legendus.
Bonifacius Vannotius tom.3.Epiſtolarum.
Bulla Pij IV. de Reſidentia.
Bullarium, & præcipuè Sixti V.

Cæſar Card Baronius tomo 2.Annalium.
Chriſtophorus Silueſtranus.
Commentatores in Decretum Gratiani diſt.79.
Concilium Lateranenſe ſub Leone X.
Concilium Tridentinum ſeſſ.23.c.2. ſeſſ.24.c.1. & c.17. ſeſſ.25.c.1. & cap.7. de reſidentia ſeſſ.23.c.1.
Coſmus Filiarcus.

Dominicus Card. Iacobatius de Concilio.
Dominicus Card. Tuſcus Pract.Concluſ. verbo Cardinalis.

Euge-

Eugenius IV. Constitutione 1. in Bullario.

Fabius Albergatus de Cardd.
Felix Contelorius in Elencho Cardd.

Gabriel Card. Paleotus.
Georgius Polachus in Commentario Bullæ Iubilæi 1625.
Gondisaluus Villadiegus tomo 13. p. 2.
Gratianus in Decreto dist. 79.
Gregorius Nunnius de Optimo statu Reipub. tomo 2.
Gulielmus Durandus de Concilio, & Cardinalatu.
Gulielmus Durantus de Diuinis offic.

Hieronymus Card. Albanus de Card.
Hieronymus Catena lib. 9. Epist. & de Bireto Cardinalium.
Hieronymus Garimbertus.
Hieronymus Manfredus de perfecto Cardinali.
Hieronymus Platus de Bono statu Religionis.
Honuphrius Panuinus de septem Ecclesijs.

Iacobus Amanatus Card. Papiensis epist. 1.
Io. Antonius Petramellarius de Cardd.
Ioannes Boterus de Cardinal.
Ioannes Echius in Enchiridion.
Ioannes Hieronymus Campanilis.
Ioannes Turrecremata Card. de Eccles.
Iodocus Lorichius in Thesauro nouo Theologico.
Iosephus Auria.
Iosephus Castalio.
Isidorus Mosconius de Maiestate militantis Ecclesiæ.
Iulius Lauorius de Indulgentijs.

Lancellottus Corradus in Templo omnium Iudicum.
Lælius Zecchius de Republica Ecclesiastica.
Leonardus Coquæus in Antimornæo.

Martinus Bonaccina in Summa.
Martinus Garatus tomo 13. par. 2.
Martinus Laudensis de Cardinalibus.
Michael Lonigus de Vestium Cardd. vsu.

Nume

Votum Card. *Palæoti pro* Canonizatione S. *Hyacinthi in* Con*sisto- rio semipublico, die vltima Martij* 1594. *coram Clemente VIII. ex Cod. M. S.*

POstquam Sanctitati V. iam pridem placuit Sacræ Cardinalium illorum Congregationi, me, quamuis aliis inferiorem adscribere, qui examinandis B. Hyacinthi vitæ, actionibus, ac rebus gestis interessem; fateor me hoc nomine S. Vestræ plurimum debere, per quam mihi licuit tam amplam, adeoq. pretiosam virtutũ illius supellectilem propius euoluere, ac plenius intueri, quæ alias non ita se mihi aperuisset, aut certè nõ tam facilè animo meo insedisset. Nam præter ea, quæ modò à S. V. amplissimo huic Consessui de fidei illius puritate, vitæ sanctitate, ac miraculorum magnitudine copiosè, sapiẽtissimeq. proposita fuerunt; præter ea, quæ subinde à RR. DD. meis, qui ante me dixerunt, magna cum dignitate subiuncta sunt, præter ea, quæ à tribus Rotæ Auditoribus summa tum fide, tum diligentia veteri more Congregationi nostræ de scripto relata fuerunt; præter ea deniq. decem, aut duodecim capita, per quæ, tamquam gradus in huiusmodi opere incedendum esse, veteres Doctores responderunt, quæ omnia ab eadem Congregatione accuratissime fuerunt obseruata. Ego, Pater Beatiss. vt summatim loquar, tam multa, tam splendida, tamq. admiranda fidei, charitatis, humilitatis, patientiæ, mundi contemptus, & in omni deniq. virtutum genere, exempla in hoc B. Hyacintho comperisse mihi videor, eademque minime dubiis miraculorum argumentis, & testium probationibus communita, vt in eo diuinum potius Spiritum habitasse; quam humanũ aliquid versatum fuisse affirmare posse videatur. Etenim cum sit Deus omnipotẽs omnis sanctitatis fons, & origo, ipse Sanctus Sanctorum, ipse sanctam faciens Sion, & omnes habitantes in ea; nouimus solere illum variis temporibus, & sæculis infinita sua prouidentia eximios quosdam sanctitate viros in terris deligere, qui tamquam de excelso habitaculo suo delapsi, lucis suæ splendore fulgeant, ac cælestia virtutum semina ab eo accepta inter homines dispergant, cumque hæc omnia sua sint dona; tanta tamen illius est bonitas, vt hominũ hæc velit esse merita eximijs in terris honoribus celebranda, atq. in cælis sempiternis ab eo præmiis decoranda, qui mirabilis est in Sanctis suis. Ille igitur est, qui Ecclesiæ suæ Hyacinthũ donauit, ille, qui eundem Sanctum, in S. Dominici athletæ sui præstantissimi disciplinam tradidit; ille, qui eum sancto timore suo, & diuino spiritu perpetuò auxit, ac singularibus cumulatũ gratiis admirabilem Orbi exhibuit ille, qui eum innumeris signis, & viuentem, & mortuum illustrauit. Cumq. vera miracula nonnisi intra Catholicã, & Apostolicã

Eccle-

Ecclesiā, nec nisi Dei virtute perfici possint, vnde veritas fidei nostræ eo magis elucet, quis dubitandi locus relinquitur. an Deo maxime gratum, & acceptum sit futurum Hyacinthum hūc tot insignibus miraculis coruscantem, tanquam lucernam ardentem in candelabro Ecclesiæ nostræ defigi, qui luceat omnibus, qui in ea sunt? & qui morum exemplo, vitæ innocentia, diuini cultus zelo, omniūque virtutum splendore, Sanctorum cœtui solemniter adscriptus, cæteris præeat, qui ad cælestia cupiunt atria peruenire? quo loco nec magno illud mysterio vacare existimandum est, quod cum diuina Sapientia ex intimo Poloniæ sinu proferre voluit, vt vniuerso Orbi patefaceret, quam sibi priscorum Polonorum, & Slauorum in Deum pietas, & in Christiana Religione suscipienda alacritas iā pridem probata, & accepta fuerit, cuius inter cætera præclarum illud in eorum Annalibus institutum memoratur, vt equestris ordinis Milites in Templis olim cum Sacerdos Euangelium recitaret, gladios nudarent, aut medio tenus stringerent, profitentes se ipsa etiam sanguinis effusione, Euangelij, & Religionis defensionem suscepturos, quod postea clarissime multi earum Prouinciarum Proceres, Episcopi, Nobilesq. alij, & strenui viri facto ipso, & gloriosa Martyrij corona testati sunt, prout de S. Stanislao Cracouiensi Episcopo, & de S. Adelberto in Prussia, Martyrologia nostra fidem faciunt, vt alios multos omittamus, qui pro Religione Catholica inuicto animo decertarunt. Inter quæ nolumus prætermittere hunc Religionis tuendæ ardorem adeo semper vsque ad hæc nostra tempora in ijs viguisse, vt cum clarissimi eiusdem nationis Antistites nobilissimis actionibus patefecerint. Ex quibus nouimus nos præ cæteris præstantissimum, & Religiosissimum Ordinis nostri Collegam qui in his subsellijs nobiscum considentem vidimus, & saluberrima consilia Summis Pontificibus præbentem audiuimus, cōmentariis suis ornatissimis, atque eruditissimis, qui hodie apud fideles omnes magno cum plausu circumferuntur, Catholicam Religionem illustrare, atque impios hęreticorum conatus acerrime repressisse. Sunt & alii nunc quoq. eiusdem Ordinis nostri superstites, quorum pietas, & religio in Lituania, in Liuonia, in Prussia, aliisque locis iamdudum nitait, & nunc quoque in ipsa Polonia refellendis commentariis hæreticorum, & schismaticorum erroribus, magna Orthodoxæ Fidei documenta assiduè præbet. Hæc igitur continuata nobilissimi huius Regni in Deum religio, & erga Sedem Apostolicam obedientia, diuino quodam afflatu pridem prædecessores Reges, & nunc præcipue Sigismundum Regni huius gubernacula tenentem impulit, vt conatus suos aduersus fidei nostræ hostes, & schis-

Stanislaus Card. Hosius

Cardd. Radziuil, & Batorius.

schismaticos conuerteret,ac duplex eis bellum vno eodemq. tempore summa cum eius laude,atque animi fortitudine inferret.Dum enim vna ex parte in remotissimas Suetiæ regiones cum Proceribus,Regiaq. Aula sua proficiscitur, vt populorum nutantium reliquias ad veræ Fidei cultum traducat, cæteros in officio contineat, totusq; in eo negotio positus videtur; ecce altera ex parte mittit Oratorem suum ad Sedem Apostolicam,& nouo quodam prœlij genere hæreticorum pertinaciam frangere,ac impios eorum conatus dissipare contendit. Quid enim illi quotidie aliud moliuntur, quam vt verbis,& disputationibus infimæ plebi persuadeant Sanctis non esse adhibendam venerationem?Ecclesias in eorum honorem erectas,euertendas,Imagines proscindendas,& memoriam eorum penitus abolendam? Hic nō tantum verbis, sed facto publico religiosum,& debitum Sanctis cultum esse exhibēdum ostendere nititur. Mittit enim Oratorem, qui suo, & totius Nationis nomine, Pater Beatissime, B. Hyacinthum inter Sanctos ab Ecclesia venerandos referri,vt in Polonia,Lituania,Liuonia, Russia, & reliquis Prouincijs,quibus præsidet ab omnibus colatur,& tamquam Dux, Patronus,Intercessorq. apud summum Deum ab omnibus habeatur.Detestantur hæretici Sedem hanc Apostolicam,& verum Pontificem nostrum in nullo pretio haberi perperam contendunt;Ille contra tantum Pontifici Maximi auctoritate defert, vt Oratorem suum Regio diplomate munitum,hunc delegerit,qui reuerentiam,& obedientiam S.V. tamquam vero Christi Vicario præbeat,qui ad Sanctissimos eius pedes nomine suo procumbat,qui salutaria ab eo cōsilia,& præcepta ad Regni illius incolumitatem suscipiat; & quem Oratorem? ex primaria nobilitate,& veteri religione,prstantibusque virtutibus insignitum, quem nos ipsi, cum Bononiæ essemus, vidimus auctorem, siue Auxiliarium fuisse Duci Slucensi à schismaticis antea seducto,vt se cum Catholica Ecclesia coniungeret,& Sacramentis expiatus, veræ Religionis cultum amplecteretur. Tot igitur præclara,tot excelsa,atque admiranda cum in hoc, quod nūc præ manibus est,opere concurrant,dubium nihil est,Beatiss. Pater, digitum Dei hic adsistere,cælestiq. afflatu in hæc tempora Canonizationem hanc reseruatam fuisse,quo Sanctitas V quæ cum Cardinalis esset,Legationem Polonicam obijt,atque oculis suis Ecclesias diuino nomini in huius B.Hyacinthi honorem dedicatas,& populorum in eum studium,ac pietatem agnouit, & summam, quæ apud omnes floret,celebritatem, manibus pæne suis contrectauit, eadem etiam pro summa,qua nunc toti Ecclesiæ præsidet, auctoritate, hoc opus omnium Sacratissimum, atque Augustissimum expleat.

pleat, adscribendi, scilicet, illum Sanctorum Catalogo, atque inter eos, qui de Fidei prædicatione benemeriti, cum Christo regnant, solemni ritu recensendi ad omnem posteritatis memoriam, ad Ecclesiæ sanctæ decus, ac ad Dei gloriam sempiternam. Hoc est quod Serenissimi Poloniæ Rex, Annaq. Regina pijssima, & eiusdem Regni Episcopi, Senatus, Nobiles, omnesq. Ordines, ac Magistratus vnanimi voto à S.V. iamdudum ardenter efflagitant, & supplices precantur. Hoc est, quod alios omnes, quotquot aut legerunt, aut ab alijs relata audierunt, quæ in Actis authenticis de illius vita, & actionibus continentur, omnino inducit, & impellit, vt eumdem Hyacinthum Christiano Orbi cultu, & veneratione dignum proponi debere vna voce profitentur. Hoc est denique, quod celeberrimus hic Patrum Consessus, qui Ecclesiæ simul congregatæ imaginem quandam refert, præcedentibus ieiuniis, & orationibus, ac verbis mature examinatis, aliisq. omnibus rite seruatis à summa auctoritate, pro ea, quam in hisce decernendis, infallibilem habet Spiritus sancti adsistentiam, consentientibus suffragiis concludi, ac definiri petit, & postulat.

Votum Card. de Sanctaseuerina pro eadem Canonizatione. Ex Cod. M. S.

PRæsupposito, quod de B. Hyacinthi vitæ sanctitate, & miraculis legitime, & sufficienter constet, prout primum per DD. Auditores Sacri Palatij, & deinde per Reuerendissimos DD. Cardinales Deputatos relatum, & modo à Sanctitate V. plene narratum est; sentio plane illum in Catalogum Sanctorum referri posse, præsertim cũ etiam auctoritate huius sanctæ Ecclesiæ ipse B. Hyacinthus iamdiu olim in Regno Poloniæ publicæ fuit venerationi, & in eius adhuc possessione extat. Et quidem ex indultis Apostolicis, quæ in prædictis relationibus & nunc etiam à Sanctitate Vestra, commemorata sunt primò sanctæ rec. Clementis Papæ VII. Fratribus Ordinis Prædicatorum concesso, anno D. 1527. in Regno Poloniæ, & in eiusdem B. Hyacinthi festum diem, die 16. Augusti colere, ipsius officium & Missam celebrare, Imagines, & Altaria ad eius memoriam erigere in suis Ecclesijs possent. Altero vero eiusdem Pontificis anno 1530. ad Regis Poloniæ instantiam ad omnes Cathedrales Ecclesias prædicti Regni extenso, donec ad actum Canonizationis deueniretur. Tertiò autem fel. rec. Pauli Papæ III. anno 1541. eiusdem Fratribus dicti Regni impartito, vt singulis quintis ferijs, quibus proprium Officium non occurreret, de B. Hyacintho Officium, ac si

effet Canonizatus (ficut de S. Dominico eiufdem Ordinis Inftitutore fingulis tertijs ferijs fieri confueuit recitare) & eiufdem B. viri offa exhumare, & in fublimiore loco collocare poffent. Quibus accedit antiqua, & conftans in eodē Regno fama Sanctitatis eius. Accedit & celebris gloria miraculorum ad eius interceffionem editorum. Accedit & præfens locupletiffima atteftatio Beatitudinis veftræ.

Laus Deo, Beatæq. femper Virgini Mariæ.
Amen.

Corrigenda.

In dedicatoria ad S. Bonauenturam excellentiffimos *lege* excellentiffimis.
florentibus· florentes. conciliafti conciliaueris peperifti pepereris.
In Epift. ad Lect. fitnum fitum.
Pag. 4. Scholaicæ *lege* Scholafticæ. 15· Dolera, alias de Olera.
15. Catholicarum fiue Theologicarum. *ead. pag.* Epitome fiue Cōpendiū.
24. Ciabrera Cabrera. 25. Gefta Gefto. 26. Euangelia Euangelijs.
27. Didifcali Didafcali. 28. Occidentales Occidentalis
28. Coutra Contra. 32. Langralatius Langrolatius.
34. Iuffaro Iuffano. 41. XXII. dicto XXIII.
Ad litteram P. Petrus Tarantafienfis, vt qui Innocentius V. fuit, expungatur: De Pontificibus enim Scriptoribus alius erit mihi fcribendi locus, nifi quis me præcucurrerit.



